

Kreis
Warburg

S. 109

1221.

B. Bernhard III. von B. spricht dem Kl. Willebadessen den Novalienzehnt von Bulehem für so lange zu, als die Söhne des Grafen Amelung, die den Wald gerodet haben, die Novalien besitzen. Nachher, wenn der Bischof diese an sich nimmt, soll der Zehnt ruhen und das Kloster entschädigt werden.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus tercius Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus omnibus Christifidelibus, quibus presens scriptum fuerit oblatum, perpetuam in Domino salutem. Omnem hominem Deum et Dei iustitiam diligentem scire volumus, quod nos fratribus et sororibus in Wilbodessen Deo et sanctis eius servientibus decimam novallium in silva in marca Bulehem situm (!), quod (!) filii Amelungi comitis extirpari fecerunt, contulimus in honore sancte Dei genitricis Marie et sancti Viti martiris ad supplementum prebendarum hac conditione, ut quamdiu filii Amelungi sive ipsorum successores novales prefatas habeant in possessione, cenobium Wilbodessen decimam quiete possideat. Si vero per iusticiam de manibus eorum eruere poterimus, decima vacet, ita ut donacio nostra careat effectu, si in aliis bonis tantum valentibus eis recompensaverimus. Quod ne in posterum per alicuius calumpniam possit mutari, fecimus conscribi et impressione sigilli nostri roborari. Facta est autem hec donatio anno verbi Domini M^oCC^oXX^oI^o, anno pontificatus nostri XVII. Testes autem huius rei sunt magister Conradus de sancta Maria, Hermannus presbyter de Lovene, Burchardus, Wiscelus, Bernhardus phisicus, Reinherus subdiaconus, Johannes eiusdem loci sacerdos.

Orig. — Das Siegel teilweise zerstört.

Reg.: W. U. B. IV. nr. 94 (dasselbst Reinhardus verlesen statt Reinherus).
— Daß der Bischof dem Kloster auch die Mark Bulehem geschenkt hat: daselbst nr. 94 a.

[14